

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6495

Autre(s) référence(s) : Bates 143

Auteur(s) : Galeran, fils de Renouf [particulier]

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1072-1085]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice relatant l'accord conclu entre Galeran [fils de Renouf] et l'abbaye de Fécamp sur les terres et le bois à Amblie et à Saint-Gervase.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 143, p. 474-475.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 474).

Texte établi d'après a

Recordatio de terra de Amblida quam Muriel contulit monasterio sancte et individue Trinitatis. Hoc est terra que vocatur Marcisie et Morsalin, quod est alodum ex paterna hereditate. Terra vero de Amblida dedit per auctoritatem comitis Willelmi, et per donationem filii sui Malgerii, hoc indicio quod presbiter Anschillus unum cultellum cum nigra manica portavit super altare sancte Trinitatis. Testes hi sunt Robertus, Rogerius filius Harduini, Albodus de Nantuil, Girolodus Uuenche, Turstingus de Petraponti.

Terram quoque de Morsalin dedit Gisla filia predictae Murieldis praedicto loco cum uno caballo et XXti solidi denariorum, teste praedicta matre sua et aliis multis hominibus.

Calumniabat Vualerannus terras quas Muriel de Amblida, post suum decessum sancte Trinitati in dominio dedit per auctoritatem comitis Guillelmi et Malgerii filii predictae Murielis, et silvam quam Gislebertus frater suus et terram apud sanctum Gervasium tenuit. Inde ventum est ex precepto Willelmi regis ad placitum. Discussis vero causis, facta est talis concordia. Clamavit Vualerannus terram de Amblida et silvam et terram sancti Gervasii solidam et quietam ab omni calumnia, pro anima sua, et pro anima femine sue et parentum suorum, et pro societate et beneficio loci, et abbas dedit ei terram de Morsalin et quicquid in Constantino tenebant monachi ex hereditate predictae Murielis ; preter hec sexaginta libras in auro et argento quas liberaverunt Ivelinus de Amundevilla et Gaufridus filius Stephani de Fiscanno, et tredecim libras ad Hugonem pincernam in devadatione silve quas suscepit Ingulfus suus homo. Huius conventionis testes fuerunt Willelmus rex, Gislebertus episcopus, Vitalis abbas, Ansfredus vicecomes, Herbertus, Radulfus, Audoenus, Ansfredus, Willelmus de Amundevilla, Rannulfus de Carun, et multi alii.

Mortuo Vualeranno, venit filius suus Gaufridus Fiscannum ad domnum abbatem Willelmum et quod pater suus feceret, concessit, firmavit et sine omnia calumnia factus est homo domni abbatis Willelmi. Testes istius conventus fuerunt Herbertus prior, Hugo, Maurus, Radulfus monachi ; Ansfredus, Audoenus, Girardus vicecomes, Willelmus escuer, Johannes, Hugo, laici, et multi alii.